



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### De Conivgio Doctrina

Wigand, Johann

Jhenæ

VD16 W 2745

V. Ratiocinatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36207**

## SACERDOTVM.

vide à Papis sanctissimis scortatoribus. Perge per Cardinales, per Episcopos, per Canonicos, per Monachos, per Sacerdotes: An non experientia in omnibus regionibus manifesta docet, plerasq; Sacerdotum domus, propter concubinas, esse turpissima lupanaria?

Insuper, reprobam in istis hominibus mentem specta. Non erubescit Pygmius, & alia nonnulla Papa monstrare ut & alibi mortui, oblaterare: Tolerabiliorem esse sacerdotum fornicationem, quam honestum conjugium. Hac vox prorsus est Diabolica, & tota Antichristi.

V.

## RATIOCINATIO.

Quicquid Christus non praecepit, id potest prohiberi.

Christus non praecepit sacerdotibus uxores ducere.

Ergo sacerdotibus potest prohiberi, ne uxores ducant.

Respondeo. Neganda est Maior. Nam non sunt illaqueanda aut captiuanda conscientia hominum in Ecclesia Dei, nouis legibus humanis.

Deinde

DE CONIUG.

Deinde & Minor falsa est. Nam Christus de toto genere humano reperit hanc legem, ut homo adhaereat uxori sua, & sint duo in carnem unam. Sed Sacerdotes pontificy quoq, sunt homines. Tantum verò à Christo ad hoc praecepto eximuntur, qui singulari Dei consilio, dono castitatis Angelica sunt ornati. Hi verò in mundo sunt quàm rariissimi, ut gemma. Deinde Pauli doctrina est praeceptum, ut Episcopi & presbyteri, sint unius uxoris mariti x. Timoth: 3. Tit. 1. Est igitur manifestum, & sceleratum mendacium, Christum non praecepisse sacerdotibus coniugium honestum.

VI.

RATIOCINATIO.  
AB EXEMPLO CHRISTI.

Christus fuit caelebs.

Christus est sacerdos.

Ergo sacerdotes Christi omnes debent esse Caelibes, & abiurare honesta coniugia.

Respondeo. Stultorum plena sunt omnia. Vinam verò non ferent blasphemi. Plus autem est

in Conc  
non est  
intellig  
  
am om  
debent  
  
tes, de  
  
sacerd  
etiam  
dempt  
debent  
dos ob  
pontifi  
di. Chr  
ram pa  
tes, de  
ac don  
aut ob  
na, au  
deben